

Vladislaus Polonia et Hungaria Rex pacem fecit  
cum Selyemibus.

343.

87

Nos Vladislaus Dei gratia Hungarie Poloniae  
Dalmatiae Croatiae rex Lithuaniaeque princeps su-  
premus ac haeres Rusiae ad futuram rei memori-  
am. Volubiles rerum effectus diverso plerumque  
pereuntium causarum calle gradientes, non sem-  
per se diriguntur more, quo humanitas praedina-  
tur ordine, sed praekonceptorum eventuum causas  
ulteriori fine alterante doctrinae ratio, quae sapi-  
us iuxta qualitatem occurrentium mutatis occa-  
sionibus urgentibus, et arbitrati propositi effectus  
evacuat fitque in procuranda pace sedulior, quie-  
tem eligens communi praefere labori. Sicut itaque  
diebus his retroflexis, quibus nos pro adeptione to-  
talis ejusdem regni Hungariae dominii, ad quod  
legitime electi, vocati, et consequenter coronati su-  
mus, obstacula emersa eliminando laboravimus,  
inter alios coronae hujus regni nostri subditos,  
illustres principes Fridericus et Ulrichus Citejel  
Ostemburgel et Jagorid comites partem domini  
Elisabethae reginae, statum pacificum ejusdem  
regni turbantes, vocando contraria voluntate no-  
bis obstiterint, propter quod nos adversum praedi-  
ctos Fridericum et Ulrichum comites eisque ad-  
herentes gravem animum ferentes, eos nostro  
favore frustrari intendebamus; tamen quia ex  
nunc ductus inter nos et praedictos Fridericum et  
Ulrichum comites certis tractatibus, sapienter pro  
bono pacis haecenus emersis differentibus et am-  
plexa utili concordia, dissidii incommodum vir-  
tare volentes, pleno eosdem Fridericum et Ulri-  
cum comites favore prosequi utilius arbitrati

Sumus

sumus, quam discordiarum incommoda cum ja-  
ctura regni fore. Quare ut et ipse Fredericus  
et Ulricus comites de nobis et favore nostro  
regio certiores effecti, majorem ad observandam  
fidelitatem habeant occasionem, die hodierna hic  
in Sabaria oppido Episcopatus Jaurinensis, ma-  
tura deliberatione et determinato consilio, sincero  
corde, et puro affectu in presentia honorabilis  
domini Martini de Thuffer et egregii Joannis  
Sleusenreutter de Sakenstem cancellarii, ex parte  
antefatorum Frederici et Ulrici comitum Alid,  
vigare mandati eorundem ad audiendum et reci-  
piendum a nobis inscriptum iudamentum mis-  
sorum, tactis corporaliter vivifica crucis signo, ac  
sacris Sanctorum reliquiis in forma subsequen-  
ti juravimus et in hoc verba.

Ego Vladislavus rex prefatus iuro vobis ho-  
norabilis domine Martine et egregie Joannes can-  
cellarie, homines dictorum Frederici et Ulrici co-  
mitum hoc iudamentum mei ex parte recipi-  
entibus, quod ab hoc die in posterum temporibus  
affuturis prefatis Frederico et Ulrico comitibus  
ac eorum posteris, tanquam, et ut venis, atq; le-  
gitimis membris coronae regni Hungarie mihi,  
que fidelibus et fidelitate subjectis, ipsique adhe-  
rentibus, consimiliter meis fidelibus regali benigni-  
tate favorabilis semper esto, et graciosus, omnem  
animi mei motum, seu indignationis rancorem  
quos contra ipsos comites aut eorum alterum,  
vel ad eos pertinentes undecumque et quandoaunq;  
preconcepissem simpliciter deponens, atq; mi-  
tigans. Item, quod eosdem Fredericum et Ulricum  
comites veluti promissi membra regni mei con-  
tra omnes et singulos ipsorum adversarios et  
emulos ac inimicos presentes videlicet et fu-

tuos

tuos cuiusunque status preeminentie & condi-  
 tionis sint, siue etiam tales amici vel consangui-  
 nei mei existant, mea potentia mediante sem-  
 per iuabo tuebor et defendam, nec fauores me-  
 os ab eis. Fridenico scilicet et Ulrico comitibus  
 seu eorum altero in quemcunque eventum  
 verbo et opere abstraham, non prouerabo con-  
 silium, nec assentiam eidem, ubicunque contra  
 ipsos Fridencum et Ulricum comites, ac eorum  
 alterum in detrimentum seu perniciem sta-  
 tus et personarum ipsarum tractabitur et ager  
 sed omnium ad eos ac eorum alterum, eisque  
 adherentium regali benignitate utar, et gratiam  
 fauoremque regium eis et eorum alteri im-  
 pendam, omniaque in aliis inscriptionibus in-  
 ter me et ipsos comites contenta et conclusa  
 implebo et serbabo sine fraude et dolo. Ita  
 me Deus adiuuet, Beatissima eius genitrix Ma-  
 ria signumque uirificum sancte crucis et do-  
 mines sancti et sancta Dei euangelia. In quo-  
 rum omnium robur, et testimonium presentes  
 concessimus literas nostras pendentes sigilli no-  
 stri munimine roboratas. Datum in desensu  
 nostro campestri exercituali prope oppidum Sa-  
 banie fena quarta proxima post festum Pa-  
 sche anno MCCCC.LI

Et nos Simon de Rozgon episcopus Agriensis  
 regie maiestatis supremus cancellarius, Joan-  
 nes Varadiensis, Petrus Csanadiensis episcopi,  
 Nicolaus de Wylak Waywoda partium Transyl-  
 uanicarum, Banus Spachoviensis et comes The-  
 mesiensis Matko de Salocz regnorum Dalmatie  
 Croatiae et totius Slavonie Banus, Cmericus de  
 Spanzali comes Simighiensis, et de Wreucze, Si-  
 mon Ludar de Olnod pincerarum, alter Simon

de

de Palocz, Agazonum regalium magistri Michael  
Orzag Thesaurarius regis majestatis, consiliaris  
prefati domini regis promittimus ipso domino  
nostro rege, et pro eodem harum serie in verbo  
veritatis sub fide et honore, quod prestatas domi-  
nus noster rex omnia prescripta per eum  
et promissa et assumpta observabit et explebit  
et nos toto posse et omni consilio, inducemus e-  
undem ad omnia illa observanda et explenda,  
nec unquam dabimus eidem consilium, ea quo  
posset horum premisorum conditorum contra-  
rium quoquo modo generari, harum testimonio  
literarum mediante, quibus iuxta regale sigillum  
et nostra ex utraque parte sigilla sunt appen-  
sa. Datum ut supra.